



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 82. Blesensium comitiorum exitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Salvatoris Ecclesia exequis prorsus magnificis Matri suæ parentabat, ubi Reginaldus Belensis Bituricensis Archiepiscopus funebrem habebat orationem, in qua tamen fabulas adeo risu dignas proferebat, ut ejusmodi temeritas vix in fabulosarum Historiarum Architecto toleranda esset. Porro Reginæ corpus in ejusdem Ecclesiæ Sacello depositum ibidem usque ad annum Domini millesimum sexcentesimum decimum quiescebat, inde vero Dionysiopolim translatum, atque in eleganti sepultum est Sacello, quod ipsamet Catharina tam pro se, quam pro Henrico II. Marito suo construi fecerat.

### §. LXXXII.

#### *Blesensium comitorum exitus.*

Die decima sexta Mensis Januarii a Thuan. l. 94.  
Blesensi conventu postrema habe- Spond. hoc  
batur Sessio, ad cujus finem tres pro ann. n. 2.  
nuntiabantur orationes, quarum pri-  
mam pro Clero habebat Archiepisco-  
pus Bituricensis, alteram pro Nobilibus  
Brissacus Comes, & tertiam denique  
Stephanus Bernardus Divionensis Ad-  
vocatus pro plebæio Ordine. Præpri-  
mis Archiepiscopus omnium malorum,  
quæ per tot annos Franciæ Regnum  
divexabant, caussam in diversas sectas  
ibidem toleratas rejiciebat, atque hæc

Tt 2 reme-

**Sæcul. XVI.** remedia præcipue proposuit. I. Ecclesiast. A.C. 1589. ctiones Præsulum tam Episcoporum quam cœnobiarum liberæ restituuntur. II. Fiduciariæ Cœnobiorum eos, qui vitam Monasticam minime professi sunt, factæ collationes tolluntur. III. Digni tantum, & qui monachos ac eruditionis periculum fecerint, Sacerdotia provehantur. IV. Factæ nundinationes ex Ecclesia eliminentur ut id, quod Præsules, ac Sacerdotes gratis a Deo acceperunt, inter populum gratuita largitione dispensent. Sacrum patrimonium, ex quo Sacerdotes altari servientes sustentantur, alienetur: alienatum vero semper posterum, & quovis tempore luere ceat, exsoluto pretio, quod vere emptoribus, ac sine fraude solutum. VI. Nulli plura Sacerdotia posside liceat. VII. Disciplina a Concilio Tridentino tradita ab omnibus in universo Regno recipiatur. VIII. Ut nosocomorum, & prochotrophiorum bona, vectigalia majore in posterum Religioni, ac parsimonia dispensentur, hinc decurionibus Urbium, quibus ex constitutionibus Regiis attributa cognovit, nonnulli e sacro ordine delecti amisceantur, qui de administratione pa jure decernant. IX. Hierosolymitanus Ordinis antiquum decus restituatur.

&amp; no

& nonnisi e nobilitate, atque illi, qui <sup>sæcul.</sup> XVI,  
idoneis testimoniis ejus fidem fecerint, A.C. 1589.  
ad eum admittantur. X. Ordo in adi-  
scendis juxta ætatis, & aliorum mune-  
rum prærogativam, quas vocant, com-  
mendis in Principum virorum, aut alio-  
rum gratiam deinceps non pervertatur,  
ne illi, qui huic militiæ strenue ope-  
ram tota vita navarunt, sperato vir-  
tutis suæ præmio defraudentur. XI.  
Scholarum disciplina, & puerorum, ac  
juventutis in literis, & scientiis institu-  
tio, quæ sacræ disciplinæ pars est, in-  
stauretur. Hæc, quantum ad sacrum  
Ordinem attinet, Archiepiscopus propo-  
suit, atque inde ad nobilitatem pro-  
gressus, ut populus a vexatione Nobi-  
lium levetur, postulabat: porro hanc  
in rem sequentia exponebat. I. Eque-  
stris Ordo per bella civilia intermortuus  
in aliquem splendorem restituatur, at-  
que equitatus Gallicus toto orbe olim  
formidabilis, qui ex nobilitate constare  
debet, restituta disciplina instauretur.  
II. Stipendia militi de ærario solvan-  
tur, ne tunc, cum illi nihil numera-  
tur, ad rapinas invitari videatur. III.  
Ærarium Regium a quotidianis quæ-  
storum fraudibus, quibus pecunia regia  
intervertitur, iis, quæ postulatis con-  
tinentur, rationibus afferatur. IV.  
Idonei tantum & vitae, ac eruditionis  
Tt 3 pre-

**Sæcul. XVI**  
A.C. 1589.

probatæ homines inter judices assumantur. V. Vænalis publicorum munorum expositio tam judicum, quam alium tollatur, ac prohibeatur. VI. Inmodicus denique Judicum, ac Magistratum numerus minuatur.

Finito Archiepiscopi sermone Brilianus verba faciebat, ac dilaudata Regal pietate, & fortitudine vehementer hæreticos invehebatur, Nobiles hostatus, ut Zelum suum contra Dei hostes exererent, porro postea hujus Ordinis nomine petiit. I. Rex ipsius Nobilitatis jura, immunitates, ac prærogativa salvas, & inviolatas servet. II. Honorificum Nobilitatis titulum a gente, meritis delatum nulli usurpare, aut per gratiam, aut omnino, quod turpius est pretio sibi comparare permittat. III. Ordinis Hierosolymitani, qui ex nobilitate est, privilegia, & immunitates tueatur. IV. Judiciarum ordinem sectis litium ambagibus instauret. Tributis populum levet. VI. Æram rapinis vindicandi rationes ineat. VII. Registratibus auctoritatem restituat. VIII. Militarem ordinem ad antiquam disciplinam revocet. IX. Ecclesiam emendet, & Ecclesiæ hostes accerrimo bello persequatur.

Denique Bernardus postremo loco pro plebæjo Ordine perorans, cum Re-

propter confirmatum Unionis decretum **Sæcul. XVI.**  
grates egisset, omnes Regni Urbes hor-  
tabatur, ut præfatam unionem conser-  
vare studerent: insuper vitia, quæ in  
Clero, Nobilibus, & populo grassan-  
tur, detegens petiit, ut iisdem efficacia  
opponantur remedia. Demum fusius  
enarratis omnibus Regiminis corrupte-  
lis Reginam Matrem, & postea Reginam  
adhuc regnantem amplis honorabat  
elogiis, hacque ratione suum absolvit  
sermonem.

A.C. 1589

### §. LXXXIII.

#### *Sorbonnæ decisio circa obedientiam Regi debitam.*

Fideles probe instructi cum tot dicte- **Thuan. t. 94.**  
ria, quæ e pulpitis in Regem ef- **Mem. de la**  
fundebantur, ægerrime ferrent, hinc **Ligue t. 3.**  
fœderati suam factionem numero ma- **pag. 192.**  
gis celebrem reddere intenti arbitra- **Cayet Chron.**  
bantur, quod eo facilius plures ad sua **Nov. t. I.**  
studia pertrahere possent, si quamdam **Journal de**  
decisionem fide dignam, quæ ipsis pro- **Henri t. I.**  
pitia esset, populo exhibere valerent: **pag. 3.**  
eapropter Parisinæ Facultatis Theolo-  
gicæ Doctoribus Præfecti Mercatorum,  
atque Urbis Parisinæ Ædilium nomine  
libellum supplicem porrigebant, in quo  
duos hosce conscientiæ casus decidi po-  
stulant. I. An Franciæ populus jure-  
jurando Henrico III. præstito so-

Tt 4 latus